



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.48. Collatio cum Papa ob vocem Filioque.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæculum IX. thema dicit utpote a S. Sophronio jam
A. C. 809. diu damnatis, & generatim Hæreticis
 omnibus. Accusationis hujus funda-
 mentum forte fuerit, quod haberet inter
 ceteros amicum, nomine Barsanuphum.

Eadem occasione Theodorus Epis-
 tolam dedit ad Basilium Abbatem Romæ
 existentem, cuius consilio Papa uteba-
 tur, & rogavit, ut bonam causam suo
 fulciat patrocinio.

§. XLVIII.

Collatio cum Papa ob vocem Fi- lioque.

Regin. an. 809. Eodem anno octingentesimo nono C.
odo. Chro. rolus Imperator Aquisgrani Conci-
 lium celebravit, in quo actum est de
 Quæstione, an Spiritus Sanctus a Filio e-
 tiam sicut a Patre procedat, quæ primo
 Jerosolymæ a Monacho, Joanne nomine,
 mota fuerat. Hujus ergo quæstionis de-
 finiendæ causa Imperator Romanus misit
 Bernardum seu Bernarium Episcopum
 Wormatiensem, & Adelardum Abba-
 tem Corbejensem deferentes Epistolam
 a Smaragdo Abate S. Michaelis, hodie
Mibel, in Diœcesi Virdunensi compo-
 sitam, in qua collegerat Textus Scriptu-
 ræ & Patrum ad demonstrandum, S. Spi-
 ritum æque a Filio ac a Patre procedere.
 Patres Ecclesiæ, quos citat, sunt sequen-
 tes: Sanctus Gregorius Papa, S. Cyrillus,
 S. Am-

*to. 7. Conc.
 p. 1199.*

S. Ambrosius, S. Hieronymus, & S. Augustinus. Sæculum IX.
A. C. 809.

Ubi Legati Romam pervenerunt, to. 7. Conc.
 Smaragdi Dissertationem Pontifici præ- p. 1194.
 legerunt, qui auditis per ordinem omnibus Patrum Testimoniis ait: *Ita sentio, ita teneo ex Auctoritate Patrum & Scripturæ.* Legati dixerunt: *Cum cognoscatis, ita credendum esse, numquid non id nescientes docendi sunt, & scientes in hac Doctrina confirmandi?* Dixit Papa: *Ita est.* Tum Legati quæsiverunt: *An aliquis banc veritatem non credens salvus esse poterit?* Respondit Papa: *Qui capere eam potuerit & credere noluerit, non salvabitur.* Sunt enim Mysteria, quale etiam istud, ad cuius cognitionem pertingere multi valent, multi vero vel ætatis defectu vel acie intellectus destituti intelligere non possunt. Legati; *si ergo ita est, id licet docere, & ex consequenti cantare, quod non credere non licet.* Papa: *Licet illud cantare, sed non ibi inserere, ubi prohibitum est.*

Legati responderunt: *Capimus, cur dicatis, non esse licitum Symbolo aliquid addere, quia illi qui condiderunt, istud (nempe vocem, Filioque) non addiderunt. Et Synodi Universales sequentes, Calcedonensis & Quinta prohibuerunt, ne quidquam insereretur. Si autem ipsi inseruerint,*

Yy 5 ruissent,

Sæculum IX. ruiſſent, an non liceret illud cantare? Re-
A. C. 810. spondit Papa: Liceret utique. Legati:

Numquid non bene iidem tunc Auctores
feciſſent, ſi futuris Sæculis Mysterium
maximi momenti quatuor addendo Sylla-
bas aperiuſſent? Papa: Non audeo di-
cere, quod male feciſſent, ſed nec dicere
audeo, ipſos iſtud nobis minus intelle-
xiſſe. Imo prohibuerunt, ne cur iſtudo-
miſſent, perquireremus. Videte, quam

De voce, Fi-alte de vobismetipſis ſentiatis. Nam
lioque.

ego quidem me illis non modo non pra-
fero, ſed abſit, ut coæquare präſumam.
Legati: Abſit etiam, Pater, ut ſuperbe
ſapiamus, ſed tantum pro temporis bujus
adjunctis cupimus prädeſſe fratribus no-
ſtris. Hinc cum ſciamus quosdam Sym-
bolum ita cantare, & hac via multos de
hoc Mysterio fuiſſe edoc̄tos, credimus ex-
pedire magis ut cantetur, quam aliquos
in ſua ignorantia relinqu. Si enim
ſciret Paternitas tua, quot ſint bodie
millia hominum id ſcientium, forte in
noſtram concederes ſententiam. Papa:
Verum, quæſo! an putatis, omnia ea
quæ neceſſario oportet credere, ut quis
Catholicus fit, etiam neceſſario, niſi prius
in eo conlineantur, Symbolo inſerenda
eſſe? Legati: Non putamus, quia non a-
que omnia neceſſaria ſunt. Papa: Eſi
non omnia, certe aliqua ſunt bis ſimilia,
quæ niſi a capientibus credantur, Catboli-
ci

ci esse non possunt. Legati: *Dabisne Sæculum IX.*
nobis aliquid, non dicimus sublimius, A. C. 810.
sed saltem buic simile, quod in Sym-
bolo desit? Petiit Papa nocturnam dilata-
tionem, ne quid temere de tantis Myste-
riis proferret. Et tunc quidem disces-
sum.

Altera die Papa dixit: *An ad salu-*
tem magis necessarium est credere, quod
Spiritus Sanctus a Filio sicut a Patre
procedat, quam credere, Filium Sapien-
tiam Deum a Sapientia Deo, & Veri- F Sunt ipsa
tatem Deum a Veritate Deo genitum verba Sma-
esse, & tamen utrumque unam Sapien- ragdi.
tiam, unam Veritatem essentialiter Deum
esse? Plura alia exempla non solum de Es-
*sentia Divinitatis sed etiam de Mys-*III. goodm**
terio Incarnationis adducere possem. Le-
gati responderunt: Deo sint Laudes in
materia Fidei, scimus omnia, quæ alii
sciunt, aut discere possumus. Papa: Hoc
est, quod miramur, vos frustra laborare, obligo
cum quiescere possetis. Legati: Time-
mus, ne propter inertiam magnum præ-
mium amittamus, & majus lucrum æsti-
mamus, ita cupientes erudiri, quam ma-
tum fuerit, unam Vocabulam addidisse;
cum istud nec per arrogantiam factum sit,
nec Decreta Patrum nostrorum contemna-
mus. Papa: Utcunque optima sit inten-
tio, attendendum tamen, ne, quod in se
bonum est, corrumpatur, si quis a licito
docendi

Sæculum IX. docendi modo aberret, cui re semper subest
A.C. 810. præsumptio; Patres enim dum aliquid
 Symbolo addere prohibuerunt, non decre-
 verunt, ut benevolus possit, malevolus
 non possit, sed ut nullus.

Legati reposuerunt: Numquid non
 a te ipso data est licentia cantandi Sym-
 bolum in Ecclesia? Numquid a nobis hic
 Iesus processit? Papa: Ego licentiam de-
 di cantandi, non autem cantando quid-
 quam addendi, & quamdiu Symbolum
 cantatis, quale in Romana Ecclesia re-
 citatur, filuimus. Quod vero afferitis,
 ideo vos ita cantare, quoniam alios in
 quibusdam partibus vobis priores audi-
 stis cantasse, quid ad nos? Hic Sermo est
 e. 2. de Hispania, ubi ex Decreto tertii Con-
 Sup. Lib. cilii Toletani Symbolum cum additione,
 XXXIV. Filioque, refertur. Papa iterum: Nos
 §. 56. Symbolum non cantamus sed legimus, &
 to. 5. Conc. p. nihil addere præsumimus. Locis deinde
 1000. Collatio cum Leon. III. temporibusque opportunis quæ in eo non
 continentur docemus. Legati: Ergo vis,
 ut primo illud vocabulum, de quo agitur,
 e Symbolo tollatur, & tunc demum permit-
 tis, ut cantetur & doceatur. Papa:
 Ita procul dubio decernimus, atque ut &
 vos assentiatis suademus. Legati: Ergo,
 bonum est cantare Symbolum, si id quod
 vis tollatur. Papa: Bonum sane; quod
 tamen non imperando sed permittendo di-
 cimus.

cimus. Legati: Verum, cum fatearis, Sæculum IX.
bonum esse cantare Symbolum, si hoc vo- A. C. 810.
cabulum auferatur, numquid omnes cre-
dent, hoc vocabulum contra Fidem pu-
gnare? Quid das nobis consilii, ne id a-
licujus exitio fiat? Papa: Si priusquam
ita cantaretur interrogatus fuisse, ne
insereretur utique respondisse. Nunc
autem menti occurrit, quod non affirman-
do, sed vobiscum deliberando dico, ut pau-
latim in palatio, quia in nostra Ecclesia
non cantatur, cantandi consuetudo inter-
mittatur. Ita quod sine Auctoritate in-
vectum est, si vos dimittatis, ab omnibus
dimitteur. Optimum forte remedium
illud sine Fidei detrimento tollendi.

Talis fuit Collatio Leonis Papæ cum
Legatis Caroli Imperatoris, quam Smar-
ragdus Abbas præsens collegit. Dicit
vero, se non propria verba retulisse sed
sensem, quantum memoria retinere po-
tuisset. Non legimus, aliquem hujus
Collationis fuisse effectum. Pars utra-
que suam retinuit consuetudinem, nam
in Francia Symbolum cum voce *Filio-* *Anast. to. 7.*
que cantarunt ut prius, & Romæ ab hoc *Conc. p. 109*
cantu abstinuerunt. Sed Papa antiqui. *I. Sentent.*
tatis Custos duas tabulas argenteas cen- *distinct. II.*
tum ferme librarum dextra lævaque in ** 6.*
Sepulchri ingressu affigi curavit, quarum
altera Symbolum exhibebat latine scri-
ptum

Sæculum IX. ptum, altera græce exaratum. (*) Ex
A. C. 810. turbis Græcorum propter hanc vocem
sequenti tempore exortis apparebit, hac
in causa Leonem Papam sapientissime
pronunciasse.

§. XLIX.

Smaragdus & Adalardus.

Mabil. to. 2. Smaragdus Abbas vir pietate & relictis
Annal. p. 383 posteritati ingenii sui monumentis
& 417. clarus in suo Monasterio, in quo Schola
erat celeberrima, docuit, & composuit
Tractatum Grammaticæ, seu Commen-
tarium in Donatum in libros quatuor-
decim divisum, ubi omnia exempla ex
S. Scriptura expromperat, quia multi
hoc studium ideo aversabantur, quod non
nisi nomina Gentilium, & exempla ab
ipsis accepta viderent. Hoc opus typis
to. 5. Spicil. init. non est editum. Composuit præcepta
Principi informando apta, quod opus
viam Regiam dixit, sive hunc laborem
ipsi Carolo, priusquam Cæsarea Digni-
tate fulgeret, sive Ludovico ejus filio
tunc Regi Aquitanæ impedit. Scri-
psit Sermones excerptos ex Patribus in
Epistolas & Evangelia totius anni, item
Diadema Monachorum, seu documenta
pro Monachis in compendium collata,
&

(*) Omissa voce, *Filioque.*